



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis
secularium Confessariis**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agrippinae, 1663

Pastoralem jurisdictionem usurpans sine ordinaria approbatione
Archiepiscopali quam poenam incurrat, numer. 42.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9994

ctus suos , nec illi possessio suffrage-
tur (d)

(a) *cap. inter dilectos, de excess. Pralat.*

(b) *Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 13. sess. 14. de reform. c. 12. & 13. sess. 24. de reform. c. 1.*

& 18. sess. 25. de reform. c. 9. (c) *Pii Pa-*

pæ V. Constit. 33. Bullar. tom. 2. Concil. Pro-

vinc. Colon sub Adolpho III. Archiepisc. cap.

deinde visum, & c. pag. 431. c. cum bonorum,

& c. pag. 433. c. de secularibus, & c. pag. 434.

(d) *Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 12.*

*Pastoralem jurisdictionem usurpans sine
ordinariâ approbatione Archie-
piscopali quam pœnam in-
currat.*

XLII. Cum itaque Archiepiscopa-
lis nostra examinatio, & approbatio nec
non institutio Canonica janua sit, per
quam fit ingressus in Ecclesiarum Paro-
chialium administrationem, sine qua
etiam nulla Pastoralis in populum ha-
beri potest jurisdictio, nulla que ligandi

ac

ac solvendi auctoritas exerceri ; seriò
præcipimus, ut Archipresbyteri seu De-
cani Rurales, cum sint Párochorum sui
districtus Pastores, summâ curâ & sol-
licitudine advigilent, ne quis aut sæcula-
ris, aut Regularis, etiam qualitercun-
que à jurisdictione nostrâ Ordinariâ
exemptus, beneficium quodcunque Pa-
storale, vel exercitium curæ animarum
civitatis vel Diœcesis nostræ Coloniensis,
quocunq; titulo vel prætextu, invadat,
absque prævio examine, & approbatio-
ne nostrâ Archiepiscopali, & Canonica
institutione Archidiaconali. Aliter au-
tem immissi à Pastoralis officio & fructi-
bus se noverint ipso jure esse suspensos;
& si quos nomine Pastoralis curæ acce-
perint fructus, fabricæ Ecclesiæ, à qua
provenerunt, restituendos, atque ad eo-
rum veram & realem restitutionem à
suis Archipresbyteris seu Decanis Rura-
libus esse compellendos, declaramus.

Pasto-